

DOCUMENTOS

FLORILEGIO DOCUMENTAL DEL REINADO DE PEDRO IV DE ARAGÓN

(Continuación)

CXXII

1358, mayo, 3. Valencia.

Pedro IV de Aragón expresa a Aimerico ¹ vizconde de Narbona, que le habia manifestado su interés por contraer matrimonio con Juana, hija del conde de Ampurias y de la difunta Blanca de Romania, que aquella delfina habia sido ya enviada a Castilla, desposada con Fernando Manuel ² hijo de don Juan Manuel.

1128, folio 187 verso.

Petrus, Dei gratia etc. Nobili et dilecto Eymerico, vicecomiti Narbone. Salutem et dilectionis affectum. Vestram recepimus literam, inter cetera continentem quod nos, super contrahendo matrimonio inter uos et filiam incliti infantis Raymundi Berengarii, comitis Impuriarum, patruí nostri carissimi colloquium habuimus videlicet, quod super contrahendo matrimonio, loqueremur cum infante predicto et super eo sentiremus uoluntatem ipsius. Qua litera et contentis in ipsa pleno intellectum discussis, vobis taliter impendimus quod uos, ob deuotionem quam erga nostram coronam regiam et honorem ipsius cognouimus uos habere intime affectantes ut nobis coniungemini per fidem nuper incepimus mouere tractatum matrimonii antedicti et de eo fuimus locuti cum infante predicto, sed jam euocunt dictus infans de contrahendo matrimonio inter dictam filiam suam et filium egregii Johannis, filii infantis Manuelis, inceperat jam tractare. Quod quidem matrimonium ad effectum produxit et dictam filiam suam ad partes Castelle iam

¹ Aimerico († en 1388), casó sucesivamente con Beatriz de Sully, Yolanda de Ginebra y Beatriz de Arborea.

² Fernando Manuel † en 1350.

ha de causa transmissit. Ob quod placet nobis et uolumus ut has contrahendum matrimonium eum Dei benedictione prout melius videbitur procedatis sperantes in Domino a quo bona maiora procedunt quod in hiis utiliter dirigit actus uestros. Data Valencie, sub nostro sigillo secreto, V^o nonas madii, anno Domini millesimo CCC^oX^oL octauo.

Dominus Rex mandauit Matheo Adriani

CXXIII

1348, septiembre, 20. Zaragoza.

Pedro IV de Aragón nombra a Pedro Jiménez de Higuieruelas, custodio del palacio real de Egea, con un sueldo anual de doscientos sueldos jaqueses, asignados sobre los pastos de la bardena de la villa.

961, folios 114 v^o-115 r^o.

Custodia domorum nostrarum ville Exee.

Nos Petrus, etc. Volentes uos, fidelem domesticum nostrum Petrum Eximini de Figueruelas, ob grata seruicia nobis per uos fideliter prestita, fauore prosequi graciose, cum presenti carta nostra comitimus siue comendamus uobis, custodiam domorum nostrarum ville Exee curamque et administrationem operis eorundem. Ita quod uos, quamdiu de nostre processit beneplacito uoluntatis, teneatis pro nobis dictas domos easque custodiatis et opus ipsarum ministretis legaliter atque bene habeatis quod anno quolibet, pro dictarum domorum retinencia siue custodia, ducentos solidos Jacce quos uobis super redditibus pastuorum bardene ville predicte, ducimus assignandos. Mandantes per presentem baiulo regni Aragonum generali uel eius locum tenenti quod de peccunia reddittum, quantitatem predictam, uobis annis singulis tribuat et exoluat recupereque a uobis in solucione qualibet apocham in qua de presenti mencio habeatur ut de solucione huiusmodi clare costet, injungimus in super vniuersis et singulis officialibus nostris et hominibus dicte ville presentibus // et futuris, quatenus concessionem seu comissionem nostram hanc, firmiter habeant uonisque obseruent inuiolabiliter dum nobis placuerit, vt est dictum, eique contra ire non presumant. In cuius rei testimonium presentem cartam nostram sigillo nostro pendenti munitam uobis fieri iussimus atque tradi. Data Cesarauguste, XII^o Kalendas octobris, anno Domini M^oCCC^oX^oLVIII^o. Exa. Rodericus.

Johan Petri, mandato regio facto per Luppum de Gurrea, consiliarium et camerarium maiorem.

CXXIV

1348, septiembre, 22. Zaragoza.

Pedro IV de Aragón nombra custodio del palacio real de Teruel, a Juan Navarro, habitante de esta ciudad, debiendo responder del salario el baile de Teruel.

958, folio 115r—v°.

Custodia domorum domini Regis ciuitatis Terolii.

Nos Petrus, etc. tenore presentis, comittimus siue comendamus vobis, Johanni Nauarro, habitatori ciuitates Terolii, domus nostras ciuitatis eiusdem tenendas per nos et custodiendas bene et fideliter ad vtilitatem et conseruacionem domorum predictarum quamdiu de nostre processit beneplacito uoluntatis volentes et uobis concedentes quod pro custodia domorum predictarum, habeatis illud salarium quod per alios quibuscumque dictas tenerunt domos est recipi assuetum. Mandantes cuicumque claues dictarum domorum teneat, quod dictas domos et claues eiusdem, vobis visa presenti, traddat et deliberet protinus, sine mora. Mandantes etiam baiulo ciuitatis predictae seu cuicumque alii officiali nostro qui ad hec teneat, quod annis singulis, vobis de salario respondeat antedicto. Recuperando in solutione quamlibet apocham de soluto et de presenti specialis mencio habeatur. Nos enim per hanc eandem, mandamus magistro rationalis curie nostre seu cuicumque alii a dicto officiali compotum audituro, quod quicquid idem baiulus seu quiuis alius officialis noster qui ad hec teneatur vobis exoluerit, in uestro recipiat compoto et admittat apocham sibi tradentibus apochas antedictas. In cuius rei testimoniuu presenten vobis fieri iussimus nostro pendendi sigillo munitam. Data Cesarauguste decimo kalendas octobris, anno Domini M^oCCC^oX^oL octauo. Exa. Rodericus.

Dominus Rex mandauit Matheo Adriani

CXXV

1348, septiembre, 22. Zaragoza.

Pedro IV de Aragón promueve a la dignidad de conde de Luna, a Don Lope de Luna, señor de Segorbe, para premiar los méritos contraídos por el padre y hermano de Don Lope en la conquista de Cerdeña y los del propio Don Lope en la batalla de Épila.

887, folio 168r—v°.

Promotio nobilis Luppi de Luna, ad titulum comitis.

In Christo nomini pateat vniuersis quod nos Petrus, Dei gratia rex Aragonum Valentie, Maioricarum, Sardinie et Corsice comesque Barchinone, Rossi-

lionis et Ceritanie, prouida meditatione pensantes quod tanto illos regia celsitudo, tenetur precipuis honoribus preuenire titulisque magnificis decorare quanto potius reddit et efficit ad hoc dignos, ingens eorum affluentia meritorum. Ideo cogitantes qualiter nobilis quondam Artaldus de Luna, pater et Artaldus, eius filius, frater vestri, viri nobiles et dilecti consiliarii nostri Luppi de Luna, domini ciuitatis Sugurbii, serenissimo domino Alfonso, clare memorie genitori nostro, in acquisitione regni Sardinie, magnifice assistentes ibidem in eius seruitio laudabiliter decesserunt. Nec mediocriter sit laudandum quod vos, rectas eorum semitas imitanto nostrique seruitis corde et modo fideliter adherente quibusdam nobilibus et aliis pluribus regni Aragonum, qui contra nos in diminutione nostre regalie et dispendium uehemens ac lesionem enormem rei publice rebellionis calcaneum crexerunt. Vos ad nostrum et publice rei seruitium aspirando, persone periculis et magnis expensarumstrarum, pro fluuiis non vitatis intrepide obiecistis et illis siquidem in conflictu armorum potentia superatis, aduersus eos viriliter triumphastis, propter quod eorum calcata proterua scandala conquiescunt ac cessant in dicto regno fremitus tempestatum qui nos hactenus fatigabant. Id circo dum premissa non sine laudis preconio recensenda plamque varia ornamenta virtutum quibus personam uestram strenuam ille a quo omnium carismatum dona manant conspiciis meritis insigniuit, attente considerationis indagine persecutam. Et quia cedit nobis ad gloriam nostreque regie dignitatis fastigia sublimantur, dum ad nostra consilia viros preciaros eligimus dumque regalis excellencie lateras personis titulis intitutatis magnificis decoramus, dignum censemus ut vos, dictum nobilem, iuxta decenciam et magnitudinen status vestri, preieramus ut conuenit, titulo celsiori. Ad honorem itaque vestri, nobilis Luppi de Luna, predicti et egregie domus uestre necnon ad decorem et exaltationem regie corone nostre, debitum respectum habentes uos, dictum nobilem Luppum et nostri magestatis presentia constitutum, ad dignitatem et comitis nomine honoremque preferimus ac uos de nostre plenitudine potestatis et gratia principali in comitem promouemus. Et ut cognomen uestrum de Luna non dissonet, sed concordet eiusdem nominis comittatus, castrum villam et locum de Luna, in dicto regno Aragonum consistentia, que omnia ad uos et jus ac proprietatem uestram, ex certis et justis causis in aliis instrumentis contentis, spectant et pertinent pleno jure ad huiusmodi nominemet titulum comittatus decernimus, statuimus acque proprio assignamus eaque in comittatum et in titulam comittatis erigimus, de ipsa plenitudine potestatis et ex vberiori gratia ea omnia, ex causa predicta, vobis et uestris in perpetuum concedimus et donamus. Ita videlicet quod uos, dum vixeritis, intitulemini comes honoris et baronie de Luna. Et heredes vestri post uos, qui in baronis uestris successerint, comes honoris et baronie de Luna, perpetuo nominentur. Et tam uos quam ipsi gaudeatis nunc et in posterum, illis honoribus quibus comites et comitali titulo insigniti gaudeant ac gaudere sunt soliti in uestris dominiis acque terris. Vos uero aut vestri, in

dicto comittatu uel ratione ipsius seu aliter, moneta tudere non possitis. Teneamini uos et uestri perpetuo, venire ad curias generales per nos et nostros Aragonensibus celebrandas. Et ulterius intendimus quod, ex promotione huiusmodi quam uos in nomine uestrum libenter accolinus nichil honoris aut juris nostre diademati subtrahatur nichilque nostre regalie depereat uel decrescat, sed in hiis et aliis suprascriptis salue sint nostre regalie semperque persistant atque remaneant illibate. In cuius rei autem perhenne testimonium, presentem cartam nostram, cunctis temporibus valituram, fieri iussimus et nostre bulle auree munimine insigniri. Data et acta in quadam camera palatii hospitti regii, quod dicitur Aljafaria ciuitatis Cesa-rauguste, decimo Kalendas Octobris anno Domini M^oCCC^oX^oL octauo. Exa. Rodericus.

Signum Petri, Dei gratiarex Aragonum, Valentie, Maioricarum, Sardinie et Corsice comesque Barchinone, Rossilionis et Ceritanie.

Testes sunt, qui presentes fuerint, nobilis vir Bernardus, vicecomes Caprarie ac venerabiles et discreti viri Rodericus Didaci, miles, vicecancelarius et Bernardus de Vlcinelis, thesaurarius, legum professores, ac Luppus de Gurrea, camerarius maior, consiliarius prefati domini Regis.

AMADA LÓPEZ DE MENESES.

(Continuará)